



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

9. Corpus humanum in specie: seu Variæ descriptiones hominum: Apollo:  
Ex Apuleio. lib. 2. Descriptiones Apuleij si quæ occurrent, cum summo  
delectu erunt imitandæ: nam hic autor, quod præmonui, sæpe ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

*Quid cùm frequenti sobole spissus cumularat  
verticem? vel prolixa serie porrectus dorſa  
permanat tanta denique capillamenti digni-  
tas, ut quamuis auro, veste, gemmis, omniq[ue]  
cætero mundo exornata mulier incedat, tamē  
nisi capillum distinxerit, ornata non posuit vi-  
deri. At in Photide non operosus, sed inornatus,  
ornatus addebat gratiam. Vberes enim  
erines leniter emissos, & ceruice dependulos,  
ac deinde per colla dispositos, sensimque fi-  
nuato patagio residentes, pauli per ad finem  
conglobatos, in summum nodus  
astrinxerat.*

Apul lib.2. Met.

*Note.*

*Contra solis aciem vegetus fulgurat. Callistratus  
de coma Narcissi, καλλιστος ουρανος  
capillis aureis fulgurabat, non satis ιμφατικος;  
redditur fulgebat. Idem καιωνιον comam Meleagri dixit.*

*At in contrariam, lege, Aut in contrariam.*

*Aurum coruscans in mellis lenem deprimitur  
umbra; Significat, auri radians fulgura meli-  
lei colotis minus vegeti, velut quibusdam um-  
bris temperati. Διαφενοπένας, χάνωφανομέ-  
νας dixit Nazianzenus, oratione undecima.*

*Coruina nigredine carulus. Hunc capillorum  
colorem probat Anacreon;*

Γράφε μοι τρίχας τὸ τερψτον

Απαλάς τε, καὶ μελανας...

*Colombarum collu. Quæ Lucretius describit:  
lib.2. Nero Cæsar in suis Leoninis.*

*Colla Tyberiaca splendent agitata columba.*

*Gutta Arabica: vnguento bardino, vel la-  
cryma myrræ; quæ laudatissima est in Arabia.  
De vnguentis, & tintæta capillorum notiūs,  
quam hic debeant inculcari.*

*Pectiniu arguti dente tenui discriminatur,*

aut morsu numerosi dentu eburno.

*Multifidum discriminatur: Claud. in nuptijs  
Honori. v.103.*

*Pone ver sum coardus: pone verticem nodo  
relijatus.*

*Crines nodantur in aurum. Maro.*

*Patagio. Beroaldus exponit ornamenti*

*genus, quod summa in camisia*

*circa ceruices afflunt mulic-*

*res, crispissimum, &*

*finuatum.*

**CORPVS HUMANVM IN  
specie.**

S E V,

Variæ descriptiones hominum.

**A P O L L O,**

*Descriptio IX.*

*Ex Apuleio, lib.1.*

*Descriptiones Apuleij si qua occurrent, cum  
summo delectu erunt imitanda: nam hic  
author, quod præmonui, sapè durus est, in-  
solens, & supra modum putidus: habet ta-  
men multum ingenij, & si meliori Cicero-  
niani stylī censura castigatus esset, plus in i-  
sta obtineret venustatis.*

**C**ontra Apollinem (ridiculum dictu) aduer-  
sis virutibus culpabat: quod Apollo esset,  
& corna intonsus, & genis gratus, & corpore  
glabellus, & arte multiclus, & fortuna op-  
ulentus. Iam primum, inquit, crines eius præ-  
multis antijs, promulsi caproneis, anteuen-  
tali, & propenduli, corpus totum gratissi-  
mum, membra nitida, lingua fatidica, seu tute  
oratione, sine versibus malis vtrobiisque facun-  
dia æquiparari: Quid quod vestris textu tenui-  
is, tactu mollis, pura radians? quid quod & ly-  
ra cuius auro fulgurat, ebore candicat, & gemmis  
variegat? quid quod & doctissime, & gratissi-  
mè cantillat: hæc omnia, inquit, blandimenta,  
nequaquam virtuti decora, sed luxuriae acco-  
modata, circa corporis sui qualitatem speciem  
maximum ostentare.

*Note.*

*Apollinis characterem similiter habet A-  
pollonius, Argonauticon lib.ii.v.675.*

*Quintus Calaber, lib.9.*

*Antipater, ἀντιπάτερος Απόλλωνος.*

*Antholog. 4. Philost. Iun. p. 837. in Marfy.*

*Corna intonsus. Nonn. Dionys lib.10.*

*SS. 3:*

*Φοῖβος*

Φοῖβος ἀκερτοκόμης κακαλασμένα βόσπερ  
χα σείω :

Phœbus coma intonsus, solutos cincinno  
quatiens.

*Genus gratus, θυσίας παρῆς,* dixit Callima-  
chus in Apolline, v. 37.

*Premulifs antys.*

Antiae muliebres, capilli demissi in frontem  
appellari ex Græco videntur, quod enim nos  
conira, illi àtri dicunt.

Festus Adhelmus de laudibus virginitatis,  
cap. 28. Antiae frontis, & temporum cincioni  
calamistro crifpanunt.

Caprona equorum iuba in frontem deuerita,  
dictæ quasi a capite prona.

Comas fluitare Capronas dicit Lucilius.

Nec mirum, si de hominibus dixerit, nam &  
iubam virilem, capillum nominat Senec. de  
brenitate vitæ, tit. 1. Quemodo excandescit,  
si quid ex iuba sua decilum est.

*Vestis texu tenuu.* Citharædi ubique mag-  
no vestis cultu, atque choragio depinguntur.  
Talis, qui describitur a Cicerone, 4. ad He-  
renn. Talis, qui à Luciano, & Apuleio Flor-  
i. z.

IN HOC GENERE DESCRIPTIONVM PICTI, ET FLORENTES  
sunt Greci sophista, ut Philostratus, & Callistratus, ex quibus descriptiones aliquot subijcam,  
quas ego verti, non quidem ad verbum, ut interpres, sed paulo liberius, ut Orator.

Ex Gallistrato.

### CUPIDO PRAXITELIS.

Descriptio X.

Ex Calli-  
strato.

**E**ρως ἦν Πραξιτέλους τέχνημα, ὁ οἶκος αὐ-  
τοῦ, πᾶς ἀνθρός, καὶ νέος, πέρυγας  
ἰχθυερ, καὶ τόσα, χαλκὸς ἢ αὐτὸν ἔτυπος,  
καὶ ἀνέρατα τοπῶν τύραννον θεόν, καὶ μέ-  
γαν, καὶ αὐτὸς ἐδιατεύσθη. οὐ γάρ ἱνείχεται  
χαλκὸς ἄναγκα τάπαντα, αλλ' ὅτι ἡρ, Εὔρε-  
τηντος. ἔνεστι τὸν χαλκὸν θρησκόδρομον, καὶ  
εἰς εὐσταρκτὰς ἀμυχάνες χλιδῶντα, καὶ ὡς  
βροχήνες ἐπέντερη, τὰ ἀναγκαῖα πληρῶντα  
τοὺς ὄλους ἀρχόστας; ὑπόστιος μὲν ἡρ, χυμοφόρος  
μεγαλειότητος. χαλκῷ ἢ ἰχθυῷ σωτεῖοι τὴν  
χροιαν εὐαλθῆς ἴστατο. τὸν ἢ κυνίστας Ἑρ-  
γαλον ἵερηκενθε, Ἐριμοθη ἦν δεῖσιον κίνητικος.  
εἰς μὲν γάρ ἔθρας τάστιμον ἔθρατο. ἡ πάτη-  
της καὶ τὸ μετεώρα κυριεύσαρ φορᾶς ἔθαυτη  
δὲ τὸ γέλωτα, ἐπικυρόντε, καὶ μείλιχον οὐδὲ  
μάτιαν διανυδζωμ, καὶ ἦν ἴστιν ὑπακεντοτα-  
τῶν πάθει τὸν χαλκόν, καὶ δεκόμδουν εὐκόλως  
τὸ γέλωτον μικροτικόν ἔθριτο δὲ, εἰς μὲν τὸν  
κορυφὴν τὸν δέξιον βαπτίσματων καρπῶν, τῷ  
δέξιορι, μετεώρισθεν τὸ τόξον, καὶ τὸν τὸ βέ-

Cupido erat Praxitelis artificium, ipsen et  
Cupido, puer floridus, tener, pianatus, ar-  
cu, & sagittis ferox, ex ære mollissimè confor-  
matus: atque, ut Cupidinem magnum, & do-  
minatorem Deum effingens, ipsum etiam me-  
tallum imperiosius dominari videbatur: non  
enim iam ferebat omnino æris speciem, sed  
quantum naturæ ratio patiebatur, totum cede-  
bat in Cupidinem. Videres quippe æs delicijs  
affluens, & mirum in modum carnis molli-  
tia, teneritateque luxurians, atque, ut sum-  
matim dicam, ad necessarias quasque partes  
explendas materiam seipsa plane contentam:  
Siquidem molliculus erat puer, à maiestate  
alienus, qui & ipsi quoque æri congruentem  
colorem nactus, feliciter adolescere cerne-  
batur Iam, licet motionis expers, emicant si-  
milis erat, & in firma basi collocatus, speciu-  
m fallebat oculos, quasi iam pinnae aërem  
euerberaret. Quin etiam iactabat felicem profu-  
sionem in risum, igneo quadam, & mellito as-  
pectu fulgurans, & videre quidem fas erat,  
æs affectui obtemperans, & ad risus imitatio-  
nem bellissimè compositum. Erectus insuper  
fuit, brachio ad verticem dextrum inflexo,

alte-